



Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

184. Servus nequam ex ore suo iudicatur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut rediret, accepto regno: & iussit vocari servos, quibus dedit pecuniam: ut sciret, quantum quisque negotiatus esset, *Luc. 19. v. 14. & 15.*

III. Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisivit. Et ait illi: Euge bone serve, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates. *Luc. 19. v. 16. & 17.*

IV. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitates. *Luc. 19. v. 18. & 19.*

MEDITATIO CLXXXIV.

Servus nequam ex ore suo iudicatur.

I. **E**T alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis, quod non posuisti: & metis, quod non seminasti, *Luc. 19. v. 20. & 21.*

II. Dicit ei: De ore tuo te iudico, serve nequam: sciebas, quod ego homo austerus sum; tollens, quod non posui; & metens, quod non seminavi: & quare non dedisti pe-

cun-

cun
cum
v. 2

I
mna
Et di

Luc.

I

bent

qui

eo.

MI

Par

un

I. F

hodi

spont

tent

I

fimi

ne.

lunt

thet

I

quia

cuniam meam ad mensam, & ego veniens
cum usuris utique exegissem illam? *Luc. 19.*
¶. 22. & 23.

III. Et adstantibus dixit: Auferte ab illo
mnam, & date illi, qui decem mnas habet.
Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas,
Luc. 19. ¶. 24. & 25.

IV. Dico autem vobis, quia: omni ha-
benti dabitur, & abundabit: ab eo autem,
qui non habet, & quod habet, auferetur ab
eo. *Luc. 19. Vers. 26.*

MEDITATIO CLXXXV.

Parabola XXVIII. Duorum filiorum,
unius poenitentis & patri obedientis, alte-
rius fingentis se obedire.

I. **H**omo quidam habebat duos filios, &
accedens ad primum, dixit: Fili, vade
hodie, operare in vinea mea. Ille autem, re-
spondens, ait: Nolo. Postea autem poeni-
tentiâ motus, abiit. *Matth. 21. ¶. 28. & 29.*

II. Accedens autem ad alterum, dixit
similiter. At ille respondens, ait: Eo, domi-
ne. Et non ivit. Quis ex duobus fecit vo-
luntatem patris? Dicunt ei: Primus. *Mat-*
thaei 21. ¶. 30. 31.

III. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis,
quia publicani, & meretrices præcedent vos.

H.

in.